N.o ~~40~~ 131 ./. 234-27 n 124 1

Sequuntur codicilli facti per Arnaldum
de Evill vigesima nona Maij Millesimo
tricentesimo octuagesimo quarto

Quoniam in jure cautum est quod ambulatoria
sit voluntas testatoris et quilibet testator post or
dinatione sui testamenti suos potest facere co
dicillos idcirco. In Dei nomine et ejus gratia
Nos Arnaldus de Evillo dominus Baronie de
Evillo Attendentes quod scribi fecerimus nostrum
ultimum testamentum in loco de Avenij per dis
cretum Joannem de Fedrij q. notarium Regium tamen
volentes quedam etiam disponere ordinamus
et facimus nostrum presentem codicillum. Et in
primis volumus et ordinamus quod dominus Epi
scopus frater noster qui nunc est sit manumissor
dicti nostri testamenti et etiam super omnes ma
numissores. Itaque manumissores nostri vel aliquis
ipsorum nullam habeant potestatem distribuendi
de bonis nostris sine ipso domino Episcopo Item
Recognoscimus quod nos in dicto testamento as
signavimus tutricem Georgio, et Francisco filijs
et heredibus nostris Nobilem dominam Elienoram
de Evillo consortem nostram quare volumus et or
dinamus q. dictus dominus Episcopus Urgellensis
qui nunc est una cum dicta nobili domina Elieno
ra consorte nostra sit tutor dictorum Georgij et Francisci
filiorum et heredum nostrorum in dicto testamen
to institutorum. Itaque dicta domina Elienor non ha
beat potestatem sine ipso domino Episcopo in dicta
tutoria nec dictus dominus Episcopus sine dicta
domina Elienore et si dictus dominus Episcopus
intendere seu vaccare non poterit tam in manu
missoria q. in tutoria predictis volumus et ordina
mus quod ipse dominus Episcopus possit eligere
alium quem voluerit loco sui supplicando ipsum
dominum Episcopum ut animam nostram et dic
tos nostros filios et heredes et dominam Elienore
uxorem nostram habeat pro recomendatis super
hoc suam conscientiam onerando. Item volumus
et mandamus q. si forte nobilis Bernardus Roge

GOBIERNO DE ARAGON

de Erillo filius noster et hereditatis dicte nostre Baro
nie de Erillo mori contingerit sine filijs ac filia
bus legitimis quod abit omnia bona et Jura
nostra remaneant et sint vinculata Nobili
Arnaldo de Erillo† filius noster contingerit mori
sine prole legitima quod abit omnia bona et Jura
nostra remaneant, et sint vinclata Georgio filio
nostro et si forte dictus Georgius filius noster simili
modo quod abit contingerit mori dicta bona et Jura
nostra Remaneant et sint vinclata nobili Arnal
do Guillermi de Bellaria nepoti nostro. Item vo
lumus et mandamus quod si forte hereditas nostra per
venerit dicto Nobili Arnaldo de Erillo vel prefa
to Georgio de Erillo filijs nostris seu pranominato
Nobili Arnaldo Guillermi de Bellaria quod habeant
dare pro dote sua franciscae filiae nostrae sexaginta
mille solidos Barcinonenses et ornata ut sibi
pertinet et secundum suum statum. Item volumus
et mandamus quod si dicta hereditas pervenerit dicto
Nobili Arnaldo Guillermo de Bellaria habeat dare
Guillermo Raymundo de Erillo alias vocato Bur
do de Erillo nepoti suo sexaginta Mille solidos Barci
nonenses, et Insuper volumus et ordinamus quod
testamentum patris nostri sit completum onerando
dictum dominum Episcopum Urgellensis predictum fra
trem nostrum quod omnia et singula contenta in tes
tamento patris sui et nostri faciat compleri sig
nanter quod Capellas Instituatas per ipsum patrem con
firmet et Haec omnia et singula supradicta rat
ta, et firma semper haberi volumus et manda
mus observari in perpetuum. Quod est Actum
In civitate Urgellensis videlicet in hospitio Capel
lae Beatorum simonis et Judae apostolorum In ecclesia
Urgellensis. die vigesima nona mensis Madij anno
a nativitate domini Millesimo ~~[illegible]~~ trecentesimo nona
gesimo quarto Sig+num nostri Arnaldi de Erillo
predicti qui predicta laudamus concedimus
et firmamus. Testes autem huius publici codi
cilli vocati et Rogati a dicto nobili Arnaldo de
Erillo sunt vener. Luppus de Cataio licentia

† filio nostro et in
dictus Nobilis Arnal
dus de Erillo

GOBIERNO DE ARAGON

nium dicti reverendi Bernardus Cercoli notarius Vil
le Tremp Martinus Sarajmena bachallaureus
in medicina Bartholomeus Luppi de Rui presbi
teri diocesis Urgellensis Apparicius Quejal de riacamps
diocesis Illerdensis et dicti reverendi Petrus de Casso
Clauso presbiter beneficiatus in dicta Urgellensis
ecclesia

Signum Petri Martini Capella notarii publici
civitatis Urgellensis auctoritate Mag[nifi]ci domini Ber
nardi Soler canonici et capellani sancti Odonis eccle
sie sedis Urgellensis et notarii publici ejusdem qui hujus
modi codicillum recepit scripsit notavit et con
tinuavit et jam alias in publica forma redactum
sub dicto Kalendario per dominum Petrum de Ministrellis
eadem autem tunc temporis notarium inter scrip
turas scribanie publice sancti Odonis civitatis predicte
et in quodam libro testamentorum ipsius discreti Petri
de Ministrellis reperit et invenit et ab ipsa ejus
nota nihil addito nihilque remoto extraxit et
in hanc publicam formam redegit et fecit sibi man
dato per Mag[nifi]cum dominum Vicarium generalem
Urgellensis instante et requirente honorabili Joanne
de Sarall sindico actore et procuratore Baronie
de Erillo die vicesima mensis Julii anno a nativitate
domini Millesimo quingentesimo septimo scripsit
et clausit constat etiam de supra posito in linea
xxiiij ubi supra ponitur obituari

GOBIERNO DE ARAGON